

AD NONAM.

Capitulum. Eccli. xxiv.

IN omni terra steti, et in omni pópulo, et in ómnibus réquiem quæsi- vi, et in hereditáte Dómi- ni morábor.

R. br. Ego, * Dilécto meo. Ego. **V.** Et ad me conversio ejus. Dilécto meo. **G**lória Patri. Ego.

V. Qui me invénerit, in- véniet vitam. **R.** Et háu- riet salútem a Dómino.

IN II. VESPERIS.

Añæ et Capitulum ut in Laudibus. [372] **Psalmi et Hymn. de Communi.** [191]

V. Viam mandatórum tuórum cucúrri. **R.** Cum dilatásti cor meum.

Ad Magnificat, Añæ. Ex- sultávit cor meum in Deo salutári meo : quia fecit mihi magna qui potens est.

Commemoratio Domini- cæ occurrentis.

—*— **Festa s̄ra.** —*—

DIE XXVI. APRILIS.
B. Mariæ Virginis
de Bono Consilio.

Duplex majus.

Quæ non sunt hic pro- pria dicuntur ut in Festis B. M. V. per Annum. [191]

IN I. VESPERIS.

Añæ et Capitulum ut in Laudibus. [380]

Psalmi et Hymn. de Com- muni. [191]

V. Ora pro nobis Mater Boni Consilii. **R.** Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Ad Magnif. Añæ. Candor est lucis æternæ, et spé- culum sine mácula Dei majestátis et imágo bo- nitátis illius : et ideo nihil

inquinátum in eam in- cúrrit.

Oratio.

DEus, qui Genitricem dilécti Fílii tui Ma- trem nobis dedísti, ejúsque speciósam imáginem mira apparitióne clarificáre dignátus es : concéde quæ- sumus, ut ejúsdem mónitis júgiter inhæréntes secún- dum cor tuum vívere et ad cœléstem pátriam felici- ter pervenire valeámus. Per eúdem Dóminum.

AD MATUTINUM.

Invitat. Sancta María Dei Génitrix Virgo, Mater Boni Consilii, * Intercéde pro nobis.

Ps. Veníte. 2.

Hymnus.

Plaude festívo, pia gens, honóre,
Dum Genestánam vene- raris ædem,
Qua Dei magnæ Genitri- cis alma

Splendet imágo.

Hæc ubi miram spéciem repénte

Obtulit lætis pópulis ví- dendam,

Multa mox secum bona ferre nostras

Visa per oras.

Ipsa tunc ægris áderat, moléstos

Córpore morbos animi- que pellens

Longe et ærúmnas Látio imminéntes

Ipsa fugábat.

Virgo, quæ magnis deco- rata signis,

Nunc quoque effúlges, miseris juvámen

Affer, et fuis pátiens cliéntum

Annue votis.

Sit salus illi, decus atque virtus,

Qui super cœli sólio corú- scans,

Totius mundi sériem gu- bernat

Trinus et unus.

Amen.

In I. Nocturno,

Añæ. Accipe consílium

intelléctus, et ne abjicias consílium meum.

Añæ. Sine consilio nihil fácias, et post factum non pœnitébis.

Añæ. Audíte disciplinam, et estóte sapiéntes, et no- líte abjicere eam.

V. Venérunt mihi ómnia bona páriter cum illa.

R. Et innumerábilis ho- néstas per manus illius.

De libro Proverbiórum.

Lectio j. **Cap. ij. b**

Si intráverit sapién- tia cor tuum, et sciéntia ánimæ tuæ placúerit : consílium custódi- et te, et prudéntia servábit te, ut eruáris a via mala, et ab hómine, qui perversa lóquitur : qui relínquunt iter rectum, et ámbulant per vias tenebrósas : qui lætántur cum male fécerint, et exsúl- tant in rebus péssimis : quorum viæ perversæ sunt, et infámes gressus eórum.

R. Si sapiéntiam invocá- veris, et inclináveris cor tuum prudéntiæ : * Tunc intélliges timórem Dómi- ni, et sciéntiam Dei invé- nies. **V.** Quia Dóminus dat sapiéntiam et ex ore ejus prudéntia et sciéntia. — Tunc intélliges.

Lectio ij. Cap. iij. c

Flli mi, ne éffluant hæc ab óculis tuis. Custódi legem atque consílium : et erit vita ánimæ tuæ, et grátia fáucibus tuis. Tunc ambulábis fiduciáliter in via tua, et pes tuus non impínget : si dormieris, non timébis : quiesces, et suávis erit somnus tuus. Ne páveas repentinó terróre, et irruéntes tibi poténtias impiórum. Dóminus enim erit in látere tuo, et custódiét pedem tuum ne capiáris.

R. Si intráverit sapiéntia cor tuum, et sciéntia ánimæ tuæ placúerit : * Consílium custódiét te, et prudéntia servábit te. **V.** Ut eruáris a via mala, et ab hómine qui perversa lóquitur. — Consílium.

Lectio iij. Cap. viij. b

EGO sapiéntia hábito in consílio, et erudítis intérsu cogitatiónibus. Timor Dómini odit malum : arrogántiam, et supérbiam, et viam pravam, et os bilingue detéstor. Meum est consílium, et æquitas, mea est prudéntia, mea est fortitúdo. Per me reges regnant, et legum conditóres justa decérnunt. Per me príncipes

imperant et poténtes decérnunt justítiam. Ego diligéntes me diligo : et qui mane vígilant ad me, invénient me.

R. Beátus homo qui invenit sapiéntiam et qui áffluit prudéntia : * Primi et puríssimi fructus ejus. **V.** Pretiósior est cunctis ópibus, et ómnia quæ desiderántur huic non valent comparári. — Primi. **Gloria Patri. Primi.**

In II. Nocturno.

Aña. Justi sunt omnes sermónes mei, non est in eis pravum quid, neque perversum.

Aña. Consílium illíus sicut fons vitæ pórmanet.

Aña. Audi consílium, et súscipe disciplínam, ut sis sápiens in novíssimis tuis.

V. Viam sapiéntiæ monstrábo tibi. **R.** Ducam te per sémitas æquitátis.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi.

In Natali S. Joann. Bapt.

Lectio íb.

Ominem concépit Elisabeth, hóminem María : sed Elisabeth solum hóminem, María Deum et hóminem. Mira res est, quómodo potúerit concípere creatúra Creatórem. Quid est ergo

intelligéndum, fratres mei, nisi quia ipse sibi fecit carnem de sola matre, qui fecit primum hóminem sine patre et matre? Primus ille noster casus fuit, quando fémina, per quam mórtui sumus, in corde concépit venéna serpéntis. Persuásit enim serpens peccátum, et admíssus est male suádens. Si primus noster casus fuit, cum fémina concépit corde venéna serpéntis; non mirándum, quod saluta nostra facta est, cum fémina concépit in útero carnem Omnipoténtis. Utérque ceciderat sexus, utérque fúerat reparándus. Per mulierem in intéritum missi erámus, per mulierem nobis réddita est salus.

R. Fili custódi legem atque consílium, * Et erit vita ánimæ tuæ, et grátia fáucibus tuis. **V.** Tunc ambulábis fiduciáliter in via tua, et pes tuus non impínget. — Et erit.

Sermo sancti Fulgéntii Epíscopi. **De laud. Mariæ ex partu Salvat.**

Lectio v.

Quóniam diábolus per serpéntem Hevæ loquútus, per Hevæ aures

mundo íntulit mortem, Deus per Angelum ad Mariam pértulit verbum et cunctissæculis vitam effúdit. Angelus sermómem ejécit, et Christum Virgo concépit. Hoc splendóre concípitur Dei Fílius, hac mundítia generátur. De cœlis médicus tránsiens per Virgínam post tránsítum suum illæsam fecit Virgínam permanére. Qui enim disrúpta córporum membra in áliis póterat integráre tangéndo, quanto magis in sua Matre, quod invénit íntegrum, potuit non violáre nascéndo? Crevit enim ejus partu íntégritas córporis potius, quam decrévit, et virgíntas ampliáta est potius, quam fugáta.

R. Audi fili mi, et súscipe verba mea, * Ut multiplicéntur tibi anni vitæ. **V.** Viam sapiéntiæ monstrábo tibi, ducam te per sémitas æquitátis. — Ut multiplicéntur.

Lectio vj.

Maria quam præclaris simis tribus bonis sublimétur, auscúlta, salutatiónis angélicæ, benedictiόνis divínæ, et plenitúdinis grátia. Sic enim eam légitur salutásse: Ave Ma-

ría, grátia plena : benedicta inter mulieres. Et ut nihil non sublímé esset in hac sanctíssima Virgine, quam Angelus grátia plenam salutávit, non sine divíno consilio factum est, ut ejus étiam imágines summo essent in honóre et prodígiis miraculisque claréscerent. Quas inter ea tribus abhinc sæculis præcípuo honóre cólitur, quæ Paulo secúndo sedénte mirabíliter apparuisse in pariete Ecclésiæ patrum órdis Eremitárum sancti Augustíni in óppido Genestáni Prænestínæ diocésis, ex pontificiis diplomátibus et suppáribus monumentis comprobátur. Quibus permótu Pius Papa sextus præfátis ejúsdem óppidi cœnobítis Officium próprium concéssit séptimo Kalédas Maias, ipso scilicet Apparitiónis die, recitándum, ac déinde illud die, quæ immediáte subsequitur pro ejus recitátióne in pósterum assignáta ad univérsum prædictum órdis sub ritu dúplici majóris exténdit. Leo vero décimus tértius ad augéndum cultum erga beatíssimam Virginem

sub título Matris Boni Consílii novum hoc Officium approbávit.

R. Ausculta sermónes meos, et ad elóquia mea inclína aurem tuam : * Ne recédant ab óculis tuis : custódi ea in médio cordis tui. **V.** Vita enim sunt inveniéntibus ea, et univérse carni sánitas. — Ne recédant. **Gloria Patri.** Ne recédant.

In III. Nocturno.

Añá. Via stulti recta in óculis ejus, qui autem sapiens est, audit consília.

Añá. Cor boni consílii státue tecum, non est enim tibi áliud pluris illo.

Añá. Sapiens cor et intelligíbile abstinébit se a peccátis, et in opéribus justítiæ succéssus habébit.

V. Coróna sapiéntiæ timor Dómini. **R.** Replens pacem, et salutis fructum.

Lectio sancti Evangélii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. j. c

IN illo témpore : Misus est Angelus Gabriel a Deo in civitátem Galilææ cui nomen Náza-reth, ad virginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph de domo David, et nomen virginis María. Et réliqua.

Homília sancti Bernárdi Abbátis. **Ex Hom. ij. super Missus, circa finem.**



T nomen, inquit, Virginis María, quod interpretátum maris stella dicitur. Ipsa namque est nóbilis illa stella ex Jacob orta, cujus rádius univérsum orbem illúminat. Ipsa, inquam, est præclára et exímia stella super hoc mare magnum et spatiósum necessário subleváta, micans méritis, illústrans extrémis. O quisquis te intelligis in hujus sæculi proflúvio magis inter procéllas et tempestátes fluctuáre, quam per terram ambuláre : ne avértas óculos a fulgóre hujus sideris, si non vis óbrui procéllis. Si insúrgant venti tentatiónum, si incúrras scópulos tribulatiónum, respice stellam, voca Mariam. Si jactáris superbíæ undis, si ambitiónis, si detractiónis, si æmulatiónis, respice stellam, voca Mariam. Si críminum immanitate turbátus, consciéntiæ fœditate confúsus, júdicii horróre pertérritus, bátrathro incípías absorbéri tristítiæ, desperatiónis abisso, cógita

Mariam. In periculis, in angústis, in rebus dúbiis, Mariam cógita, Mariam invoca. Ipsam sequens, non devias : ipsam rogans, non desperas : ipsam cógitans, non erras : ipsa tenénte, non córruis : ipsa protegénte non metuis : ipsa duce non fatigáris : ipsa propítia pèrvenis, et sic in temetípso experiris quam mérito dictum sit : et nomen Virginis María.

R. Filii audíte me : * Beáti qui custódiunt vias meas. **V.** Audíte disciplinam et estóte sapiéntes et nolíte abjicere eam. — Beáti.

Lectio viij.

Intuere o homo, consílium Dei, agnósce consílium sapiéntiæ, consílium pietátis. Redemptúrus humánium genus, prétium univérsum cóntulit in Mariam. Altius ergo intuémini quanto devotiónis afféctu a nobis volúerit honorári, qui totius boni plenitudinem pósuit in María : ut próinde, si quid spei in nobis est, si quid grátia, si quid salutis, ab ea novérimus redundáre, quæ ascendit delíciis áfluens. Tolle Mariam hanc maris stellam, quid nisi caligo invólvens,

umbra mortis, et densissimæ tenebræ relinquuntur? Totis erga medullis cōrdium, totis præcordiorum affectibus, et votis omnibus Mariam hanc veneremur, quia sic est voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam. In omnibus siquidem, et per omnia providens miseris trepidationem nostram solatur, fidem excitat, spem roborat, diffidentiam abigit, erigit pusillanimitatem.

R. Præcipium sapientiæ timor Dōmini: * Et scientia sanctorum prudentia. **V.** Per me enim multiplicabuntur dies tui, et addentur tibi anni vitæ. — Et. Glōria Patri. Et.

Lectio sr.

AD Patrem verebāris accēdere, solo auditu territus ad fōlia fugiēbas: Jesum tibi dedit mediātorē. Sed forsitan et in ipso majestatem vereare divīnam, quod licet factus sit homo, māserit tamen Deus. Advocatum habere vis et ad ipsum? Ad Mariam recurre. Pura siquidem humanitas in Mariā. Nec dubius dixerim, exaudiētur et ipsa pro reverentia sua. Exaudiēt utique

Matrem Fīliū, et exaudiēt Fīlium Pater. Fīlioli, hæc peccatorum scala, hæc mea mēxima fidūcia est, hæc tota rātio spei meæ. Quid enim? Potēstne Fīlius aut repellere, aut sustinere repūlsam? Non audire, aut non audiri Fīlius potest? Neutrum plane. Invenisti, ait Angelus, grātiā apud Deum: feliciter. Semper hæc inveniet grātiā, et sola est grātia qua salvāmur. Quid nos alia concupiscimus fratres? Quæramus grātiā, et per Mariam quæramus, quia quod quærit invenit, et frustrari non potest. Quæramus grātiā, sed grātiā apud Deum: nam apud hōmines grātia fallax. Quærant alii meritum, nos invenire grātiā studeāmus? Quid enim? Non grātiæ est quod hic sumus? Profecto miseriam cōrdiæ Dōmini est, quod non sumus consumpti.

Te Deum laudāmus. 18.

**AD LAUDES,
et per Horas, Añæ.**

1. Ego mater * pulchræ dilectionis, et timōris, et agnitiōnis, et sanctæ spei.

2. In me grātia * omnis viæ et veritātis, in me omnis spes vitæ et virtūtis.

3. Qui audit me * non confundetur, et qui operantur in me non peccabunt.

4. Da mihi sēdium tuarum assitricem sapientiam, et noli me reprobare a filiis tuis.

5. Optavi, * et datus est mihi sensus et invocavi, et venit in me spiritus sapientiæ.

Capitulum. Prov. viij. d

BEatus homo qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie, et observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, et hauriet salutem a Dōmino.

Hymnus.

O Gloriosa Virginum, Sublimis inter sidera, Qui te creavit, parvulum Lactente nutris ubere.

Quod Heva tristis abstulit,

Tu reddis almo gérmine: Intrent ut astra flébiles, Cœli reclūdis cārdines.

Tu Regis alti jánua, Et aula lucis fūlgida:

Vitam datam per Virgīnem

Gentes Redēptæ plaudite.

Jesu, tibi sit glōria, Qui natus es de Virgīne,

Cum Patre, et almo Spīritu, In sempiterna sæcula.

Amen.

V. Dignare me laudare te Virgo sacrata. **R.** Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Ad Benedictus, Añæ. Beata Mater et intācta Virgo, Regīna mundi, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed a periculis cunctis libera nos semper.

Oratio.

DEus, qui Genitricem dilecti Filii tui Matrem nobis dedisti, ejusque speciosam imaginem mira apparitione clarificare dignatus es: concede quæsumus, ut ejusdem monitis jūgiter inhærentes secūndum cor tuum vivere et ad cœlestem patriam feliciter pervenire valeamus. Per eūdem Dñum.

AD TERTIAM.

Capitul. Beatus homo. supra.

R. br. Venērunt mihi omnia bona, * Pārter cum illa. Venērunt. **V.** Et innumerabilis honestas per manus illius. Pārter. Glōria Patri. Venērunt.

V. Viam sapientiæ monstrabo tibi. **R.** Ducam te per sēmitas æquitatis.

AD SEXTAM.

Capitulum. Prov. vj. c

Consérva fili mi præcèpta patris tui, et ne dimittas legem matris tuæ. Liga ea in corde tuo júgiter, et circúmda gútturi tuo.

R. br. Viam sapiéntiæ, * Monstrábo tibi. Viam. **V.** Ducam te per sémitas æquitátis. Monstrábo. Glória Patri. Viam.

V. Coróna sapiéntiæ timor Dómini. **R.** Replens pacem, et salútis fructum.

AD NONAM.

Capitulum. Prov. xxiiij. d

Præbe fili mi cor tuum mihi et óculi tui vias meas custódiant.

R. br. Coróna sapiéntiæ, * Timor Dómini. Coróna. **V.** Replens pacem, et salútis fructum. Timor. Glória Patri. Coróna.

V. Veníte filii, audíte me. **R.** Timórem Dómini docébo vos.

IN II. VESPERIS.

Añæ et Capitulum ut in Laudibus. [380] **Psalmi et Hymn. de Comm.** [191]

V. Ora pro nobis Mater Boni Consilii. **R.** Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Ad Magnif. Aña. Felix es sacra Virgo María, et om-

ni laude digníssima : quia ex te ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster, magni Consilii Angelus.

DIE XV. MAII.

S. Isidori Agricolæ Confessoris. Duplex.

Omnia de Comm. Conf. non Pont. [97] **præter sequentia.** (m. t. v.)

Oratio.

DA nobis quæsumus misericors Deus, beato Isidoro Agrícola Confessore tuo intercedente, supérbe non sápere : sed ejus méritis et exemplanis plácita tibi semper humilitate deservire. Per Dóminum.

In j. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno.

Lectio I.

ISidorus Agrícola prope Matritum Hispaniæ urbem, in qua natus fuerat, mercede colendis agris ductus, brevi magnarum sibi virtutum eo in exercitio uberrimam segetem paravit. Admirabilis enim Christi ac Sanctorum imitator, nunquam ad opus mane se conferbat, nisi prius Dei regnum studiose quaereret, ecclesiisque in

ipsius ac Deiparæ honorificatas visitaret. Quare cum illius moram agricolæ dominus graviter ferret, atque ex editiore loco quadam die, ut eum liberius increparet, Agricolam opperiretur, binos Angelos candida veste duplici boum jugo arantes, mediumque inter illos Isidorum conspexit. Quo miraculo vulgato, magno deinceps honori tam apud herum, quam apud ceteros homines haberi coepit.

R. Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum : * Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. — Et dedit.

Lectio II.

Caritate in pauperes adeo flagravit, ut mercedem, quam laboribus parabat, egentibus erogaret. Quin etiam cum aliquando ad commune cum reliquis confratribus prandium plurimos pauperes adduxisset, nihilque aliud, prandio scilicet finito, quam pulmenti partem sibi reservatam reperisset, illam vir Dei,

fide singulari fretus, ita distribuit, ut admirabiliter aucta iis omnibus alendis saturandisque sufficeret. Illud etiam inter cetera mirandum, quod per æstivos calores ad exstinguendam in agro sitim, aquæ potum hero flagitante, cum nullibi scateret, Isidorus stimulo, quem gererat, humo percussa, uberem ex ea, et perennem ad hæc usque tempora fontem elicit.

R. Amavit eum Dominus, et ornavit eum : stolam gloriæ induit eum. * Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus lorica fidei, et ornavit eum. — Et.

Lectio III.

Igitur sanctitate clarus, cum ad ultimam senectutem pervenisset, obdormivit in Domino, et in cœmetério sancti Andréæ sepultus tandem ibi jacuit, quoad cives de ipsius corpore honestius in ecclesia collocando divinitus moniti, illud in loculo integrum atque adeo incorruptum invenérunt, ut ex eo suavissimus odor, qui hac etiam tempestate perdurat, efflaret. Sacrum corpus in ecclesiam trans-

lātum, et in editiōre loco situm, máximis Deus miráculis illustrávit. Quorum beneficéntiam non semel tam ipsa Matríti cívitas, quam étiam cétera Hispániæ loca ope ipsius imploráta persensérunt. Quem postrémo post annos fere quadringéntos fama sanctitátis, ac miráculis illústrem, Gregórius décimus quintus in Sanctorum número rétulit.

℞. Iste homo. [105]

In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangélii
secúndum Joánnem.

Lectio vij. Cap. xv.

IN illo témpore : Dixit Jesus discipulis suis : Ego sum vitis vera : et Pater meus agricola est. Et reliqua.

Homília sancti Augustini
Episcopi.

Tract. lxxx. in Joánnem.

Ste locus evangélicus, fratres, ubi se dicit Dóminus vitem, et discipulos suos pálmities, secúndum hoc dicit, quod est caput Ecclésiæ, nosque membra ejus, mediátor Dei, et hóminum homo Christus Jesus. Unius quippe natúræ sunt vitis, et pálmities. Pro-

pter quod cum esset Deus, cujus natúræ non sumus, factus est homo, ut in illo esset vitis humana natúra, cujus et nos hómines pálmities esse possémus.

℞. Iste est qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et de omni corde suo laudávit Dóminum : * Ipse intercédát pro peccátis ómnium populórum. ℞. Ecce homo sine queréla, verus Dei cultor, ábstinens se ab omni ópere malo, et pérmanens in innocéntia sua. — Ipse intercédát.

Lectio vij.

Quid ergo est, Ego sum vitis vera? Numquid ut ádderet, vera, hoc ad eam vitem rétulit, unde ista similitúdo transláta est? Sic enim dicitur vitis per similitúdinem, non per proprietátem : quem ádmodum dicitur ovis, agnus, leo, petra, lapis anguláris, et cétera hujusmodi, quæ magis ipsa sunt vera, ex quibus ducúntur istæ similitúdes, non proprietátes. Sed cum dicit, Ego sum vitis vera : ab illa se útique discernit, cui dicitur : Quómodo convérsa es in amaritúdinem vitis aliéna? Nam quo pacto est vitis vera, quæ

DIE XVI. MAIL.

S. Joannis Nepomuceni

Martyris. Duplex.

Omnia de Comm. unius

Mart. [29] præter seq.

Oratio.!

DEus, qui ob invíctum beáti Joánnis sacraméntale siléntium nova Ecclésiám tuam martyrii coróna decorásti : da nobis ejus intercessióne et exémplo, linguam caute custodire, ac ómnia pótius mala, quam ánimæ detriméntum, in hoc sæculo toleráre. Per Dóminum.

In j. Nocturno, Lectiones
de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno.

Lectio iv.

Joánes Nepomúci Bohémiae óppido, unde Nepomuceni cognómen duxit, a paréntibus atáte provéctis, non sine futúre sanctitátis præsióio, flammis supra nascéntis domum mirábiliter collucéntibus, ortus est. Cum infans in gravem morbum incidisset, beátæ Virginitatis ope, cui natum paréntes referébant accéptum, e vitæ periculo evásit incólumis. Egrégia índole, piáque institutióne cœlestibus in-

exspectáta est ut fáceret uvam, fecit autem spinas?

℞. Sint lumbi vestri præcincti, et lucérnæ ardéntes in mánibus vestris : * Et vos símiles homínibus exspectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis. ℞. Vigiláte ergo, quia nescitis qua hora Dóminus vester ventúrus sit. — Et. Glória. Et.

Lectio ix.

EGO sum, inquit, vitis vera : et Pater meus agricola est. Numquid unum sunt agricola et vitis? Secúndum hoc ergo vitis Christus, secúndum quod ait : Pater major me est. Secúndum autem id, quod ait : Ego, et Pater unum sumus; et ipse agricola est : nec talis, quales sunt, qui extrínsecus operádo éxhibent ministérium : sed talis, ut det étiam intrínsecus incrementum. Nam neque qui plantat est áliquid, neque qui rigat : sed, qui incrementum dat, Deus. Sed útique Deus est Christus, quia Deus erat Verbum : unde ipse, et Pater unum sunt : et, si Verbum caro factum est, quod non erat, manet quod erat.

Te Deum laudámus. 18.

diciis obsequente, inter sanctas religiosasque exercitationes pueritiam egit : nam ecclesiam frequenter adire, ac sacerdotibus ad aras operantibus ministrare in deliciis habebat. Zatecii politicius litteris ad humanitatem informatus, Pragae vero gravioribus disciplinis excultus, philosophiae, theologiae, sacrorumque canonum magistrum et lauream emeruit. Sacerdotio initiatus, atque a scientia Sanctorum ad lucra animarum rite comparatus, ministerio verbi Dei se penitus addixit. Cum igitur in vitiis extirpandis, et revocandis in viam salutis errantibus, eloquentia et pietate uberes ederet fructus, inter canonicos metropolitanae Ecclesiae Pragensis cooptatus, mox sibi demandatam Evangelii coram rege Wenceslao quarto praedicandi provinciam suscepit, eo successu, ut Joannis suasu multa rex faceret, magnoque in honore ejus virtutes haberet. Conspicuas tamen, quas ille obtulit dignitates, Dei servus, ne a divini verbi

praeconio avocaretur, constantissime recusavit.

R. Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum :
* Et dedit illi claritatem aeternam. **V.** Descenditque cum illo in foveam : et in vinculis non dereliquit eum. — Et dedit illi.

Lectio v.

R. Egis illum eleemosynis in pauperes erogandis praefectum, Joana regina conscientiae sibi moderatorem ascivit. Cum autem Wenceslaus ab officio institutoque decessisset, atque in vitia praecipue abriperetur, pia autem conjugis obstationes et monita gravate ferret, contendere ausus est, ut in sacramentali judicio sacerdoti credita reginae arcana sibi a Joanne panderentur. At Dei minister blanditiis primum, tormentis deinde, et carceris squalore tentatus, nefariae regis cupiditati fortiter obstitit. Furentem tamen Wenceslai animum cum ab exsecrando proposito nec humana nec divina jura deterrerent, supremum agó-

nem, quem instare sibi athleta Christi noverat, populo in concione de impendentibus etiam regni calamitatibus admonito, non obscure praenuntiavit. Mox Boleslaviam profectus, ad beatae Virginis imaginem antiquo cultu celebrem, caeleste praesidium ad certandum bonum certamen effusus precibus imploravit. Inde vespere revertentem in pervigilio Dominicae Ascensionis rex e fenestra conspicatus accessit; cumque vehementius urgeret, et proximam in aquis, si oblectari pergeret, submersionem intentaret, Joannes invicta constantia terrores minasque refutavit. Itaque regis imperio in Moldavam flumen Pragam interfluens noctu dejectus, illustrem martyrii coronam est consecutus.

R. Desiderium animae ejus tribuisti ei Domine,
* Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

V. Quoniam praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis : posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. — Et voluntate.

Lectio vj.

S. Acrilegum facinus clam patratum, et Martyris gloriam insigne prodigium divinitus patefecit. Ubi enim exanime corpus secundo flumine vehi cepit, ardentes faces aquis supernatantes et discurrentes apparuerunt. Quamobrem ex arena postridie mane corpus elatum, canonici deinde, regis iram nihil timentes, in metropolitana ecclesia sollemni pompa intulerunt, et sepulturae mandarunt. Cum autem in dies invicti sacerdotis memoria miraculis, et maxima fidelium, eorum praecipue qui fama periclitantur, veneratione cresceret, post annos demum amplius trecentos, in juridica recognitione corporis, quod sub humo tandem jacuerat, lingua ejus incorrupta et vivida reperta est : quae sexto post anno iudicibus a sede apostolica delegatis exhibita, novo prodigio repente intumuit, et subobscurum ruborem in purpureum commutavit. His itaque aliisque signis rite probatis, Benedictus decimotertius Pontifex maximus

die décima nona mensis Mártii, anno salutis millésimo septingentésimo vigésimo nono, primum hunc sacramentális sigilli assertórem, arcáni fidem ságuine obsignántem, sanctorum Mártýrum catálogo ascrípsit.

℞. Stola. [37]

In iij. Nocturno, Homilia. Dóminus diem iudicii. de Comuni iij. loco. [47]

EADEM DIE XVI. MAIL.

Aliud Officium

S. Joannis Nepomuceni Martyris.

Duplex majus.

IN I. VESPERIS.

Añæ et Capitulum ut in Laudibus. [393]

Psalmi ut in j. Vesperis de Comuni Apostol. [2]

Hymnus.

INvictus heros Núminis,
Mergendus unda flúminis,
Stat fortis in siléntio,
Dum fit sigilli méntio.

Hinc rex minátur fúnera,
Hinc tortor infert vúlnera,

Manus ligántur fúnibus,
Artus cremántur ignibus.
Sed hæc Joánnes despícit,
Nec regis iram respícit,
Secrétá non vult pándere,
Horret sigillum frángere.

Stat mutus agnus ínno-cens,

Nil de tegendis próferens:
Stat; dumque rex nil élicít,

E ponte justum déjicit.

Præceps ab alto stérnitur,
Undis profúndis mérgitur :

Mersum sed applaudéntibus

Undæ salutánt ignibus.
Stellæ natant in flúmine,

Illi paréntant lúmine,
Docétque cœli cláritas

Quæ sit Joánnis caritas.
Da sempitérna Trínitas,

Ut in bono sit fírmitas :
Aut lacrymárum flúmina
Mergant cadéntum crímina. Amen.

℞. Sacraméntum regis
abscóndere bonum est.

℞. Opera autem Dei
reveláre honoríficum.

Ad Magnificat, Añæ. De-
dit mihi Dóminus linguam
mercédem meam : et in
ipsa laudábo eum.

Oratio.

DEus, qui ob invíctum
beáti Joánnis sacra-
mentále siléntium nova
Ecclesiám tuam martyrii
coróná decorásti : da, ut
ejus exémplo et interces-
sione, ori nostro custó-
diam ponéntes, beátis, qui
lingua non sunt lapsi, an-

numerémur. Per Dómi-num.

AD MATUTINUM.

Invit. Regem Mártýrum
Dóminum, * Veníte adoré-
mus. **Ps.** Veníte. 2.

Hymnus.

IN profúnda noctis um-
bra

Et gravi calígine
Lustrat ædem flamma
munda,

Sic jubénte Númine.

Nocte nascitur Joánnes,
Astra cœlo dévolant :

Nocte mérgitur Joánnes,
Astra funus ápparant.

Hinc core ejus igne flagrans
Fortis urit caritas :

Hinc ab ejus ore manans
Mira prodit suávitás.

Nunc amóre cor bonórum
Ad salutem pértrahit :

Nunc timóre cor malórum
A gehénna rétrahit.

Páuperes solátur ære,
Derelictis súbvenit :

Non sinit justos jacére :
Damna famæ præpedit.

Per Joánnis sanctitátem,
O beáta Trínitas,

Méntibus da puritátem,
Corde regnet caritas.

Amen.

In I. Nocturno.

Añæ. Erit lumen Israel in
igne; et sanctus ejus in
flamma.

Psalmi cujuslibet No-

cturni ut in Comuni
unius Martyris. [30]

Añæ. Sanávit Dóminus
púerum, et reddidit illum
patri ejus.

Añæ. Puer autem erat
miníster in conspéctu Dó-
mini ante faciém sacer-
dótis.

℞. Sacraméntum regis
abscóndere bonum est.

℞. Opera autem Dei re-
veláre honoríficum.

De libro Ecclesiástici.

Lectio j. Cap. xxj. c

STultus a fenestra
respíciat in do-
mum : vir autem

eruditus foris stabit. Stul-
títia hóminis auscultáre
per óstium : et prudens
gravábitur contumélia.
Lábia imprudentium stul-
ta narrábunt : verba au-
tem prudentium statéra
ponderábuntur. In ore fa-
tuórum cor illórum : et in
corde sapiéntium os illó-
rum. Dum maledícit ím-
pius diábolum, maledícit
ipse ánimam suam. Su-
súrro coínquinábit áni-
mam suam, et in ómnibus
odiétur : et qui cum eo
mánserit, odiósus erit : tá-
citus et sensátus honorá-
bitur.

℞. Metuébat rex Joán-
nem, * Sciens eum virum

justum et sanctum. **V.** Et custodiébat eum, et audíto eo multa faciébat, et libénter eum audiébat. — Sciens.

LECTIO II. Cap. xxviii. c.

Flagélii plaga livórem facit : plaga autem linguæ comminuet ossa. Multi cecidérunt in ore gládii, sed non sic quasi qui interiérunt per linguam suam. Beátus qui tectus est a lingua nequam, qui in iracúndiam illius non transívit, et qui non attráxit jugum illius, et in vínculis ejus non est ligátus : jugum enim illius, jugum férreum est : et vínculum illius, vínculum æreum est. Mors illius, mors nequíssima : et útilis : pótius inférnus quam illa.

R. Lex veritátis fuit in ore ejus, et iniquitas non est invénta in lábiis ejus : in pace et in æquitáte ambulávit mecum. * Et multos avértit ab iniquitate. **V.** Lábia enim sacerdotis custodiént sciéntiam, et legem requirént ex ore ejus. — Et multos.

LECTIO III.

Perseverántia illius non permanébit, sed obtinébit vias injustórum :

et in flamma sua non combúret justos. Qui relínquunt Deum, incidént in illam, et exardébit in illis, et non exstinguétur, et immittétur in illos quasi leo, et quasi pardus lædet illos. Sepi aures tuas spinis, linguam nequam noli audire, et ori tuo fácto óstia, et seras. Aurum tuum et argéntum tuum confla, et verbis tuis fácto statéram, et frenos ori tuo rectos : et atténde ne forte labáris in lingua, et cadas in conspéctu inimicórum insidiántium tibi, et sit casus tuus insanábilis in mortem.

R. Sepívi aures meas spinis, * Et ori meo feci óstia et seras. **V.** Beátus qui lingua sua non est lapsus, et qui non servívit indignis se. — Et ori. Glória Patri. Et ori.

In II. Nocturno.

Añã. Non quæsívit a Dómino ducátum, neque a rege cáthedram honóris.

Añã. Loquébar de testimoniis tuis in conspéctu regum, et non confundébar.

Añã. Amplius non vidébitis faciém meam vos, per quos transívi prædicans regnum Dei.

V. Pone Dómine custódiám ori meo. **R.** Et óstium circumstántiæ lábiis meis.

LECTIONES UT IN PRÆCED. OFFICIO EJUSD. SANCTI [385] cum RR. sequentibus.

R. iv. Instans oratióni et ministério verbi, hortabátur omnes in propósito cordis permanére in Dómino : * Quia erat vir bonus, et plenus Spiritu sancto. **V.** Et apponebátur multa turba Dómino. — Quia erat.

R. v. Dispérsit, dedit paupéribus : * Justítia ejus manet in sæculum sæculi. **V.** Beátus qui intélligit super egénium et páuperem. — Justítia.

R. vj. Ego scio quóniam intrábunt post discessiónem meam lupi rapáces in vos, non parcéntes gregi : * Propter quod vigiláte. **V.** Et ex vobis ipsis exsúrgent viri loquéntes perversa, ut abdúcant discípulos post se. — Propter. Glória Patri. Propter.

In III. Nocturno.

Añã. Igne me examinásti, et non est invénta in me iniquitas.

Añã. Aquæ multæ non potuerunt exstinguere caritatem, nec flúmina ób-ruent illam.

Añã. Transívi per ignem et aquam : et eduxísti me in refrigérium.

V. Dixi : Custodiám vias meas. **R.** Ut non delínquam in lingua mea.

Léctio sancti Evangélii : secúndum Matthæum.

LECTIO VIJ. Cap. xj.

In illo tẽmpore : Cum audísset Joánnes in vínculis ópera Christi, mittens duos de discípulis suis, ait illi : Tu es, qui ventúrus es, an álium exspectámus? Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

In Evang. Homil. vj.

Emissis Joánnis discípulis, quid de eódem Joáñne turbis dicat, audiámus. Quid existis in desértum vidére? Arúndinem vento agítatam? Quod vidélicet non asseréndo, sed negándo íntulit. Arúndinem quippe mox ut aura contígerit, in partem álteram infléctit. Et quid per arúndinem nisi carnális ánimus designátur? qui mox ut favóre vel detractióne tángitur, statim in partem quám libet inclinátur. Si enim ab humano ore aura favóris fláverit, hilaréscit et extóllitur : sed si inde

ventus detractiōnis erūperit, unde aura laudis veniēbat, mox hunc quasi in partem alteram ad vim furōris inclināt.

R. Cum corripērēt ab illo de omnibus malis quæ fecit rex, adjecit et hoc : * Et inclusit Joānnem in cárcere. **V.** Laboro usque ad vincula, quasi male operans : sed verbum Dei non est alligatum. — Et inclusit.

Lectio viij.

SED arundo agitata vento Joānes non erat : quia hunc nec blandum grātia, nec cuiuslibet detractiōnis ira asperum faciēbat : nec prospera hunc erigere, nec adversa nōverant inclināre. Arundo ergo vento agitata non erat, quam ab status sui rectitudine nulla rerum varietas inflectēbat. Discāmus ergo, fratres carissimi, arundinem vento agitātam non esse : solidemus animum inter auras linguarum positum : stet inflexibilis status mentis. Nulla nos detractio ad iram provocet, atque ad remissionem inutilis grātiæ nullus favor inclinet. Non nos prospera elevent, non adversa per-

turbent ; ut qui in soliditate fidei figimur, nequam rerum transeuntium mobilitate moveamur.

R. Réddidit Deus justo mercēdem laborum suorum, et deduxit illum in via mirabili : * Et fuit illi in velamento diēi, et in luce stellarum per noctem. **V.** Transvexit illum per aquam nimiam ; inimicos autem illius demersit. — Et fuit. **Gloria Patri.** Et fuit.

Lectio ix.

ADhuc autem de ejus expressione subjungitur : sed quid existis videre in deserto? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Camelorum enim pilis, ut scitis, vestitus Joānes fuisse describitur. Et quid est dicere : Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt : nisi aperta sententia demonstrare, quia non cœlesti sed terreno regi militant ii, qui pro Deo perpeti aspera fugiunt, et solis exterioribus dediti, præsēntis vitæ molliēti et delectationem quærunt.

Te Deum. 18.

AD LAUDES,

et per Horas, Añæ.

1. Interrogābat eum * rex multis sermōnibus : at ipse nihil illi respondēbat.

2. Rex dixit : * Ne abscondas a me verbum, quod te interrogo. Dixi : Secretum meum mihi, secretum meum mihi.

3. Affirmābat rex, * se divitem, et beatum facturum. Non obēdio præcepto regis, sed præcepto legis, quæ data est nobis.

4. Tunc rex, accensus ira, * in hunc super omnes crudelius desæviit.

5. Beātus * qui lingua sua non est lapsus, et qui non servivit indignis se.

Capitulum. Eccli. xxj. d

LAbia imprudentium stulta narrabunt : verba autem prudentium statēra ponderabuntur. In ore fatuorum cor illorum : et in corde sapientium os illorum.

Hymnus.

VIX in sepulcro conditur,
Signis Joānes prōditur,
Per crātium repāgula
Intermicant miracula.

Hic ejus hostes illico
Pudore mœsti público,
Ultrice dextra Núminis,

Pœnas repēdunt criminis.

Hic damna rerum flēntibus,

Famæve conquerētibus,
Abducta res revērtitur,
Ablata fama rédditur.

Hic corpus ægritudines,
Tempus vicissitudines,
Periculum securitas,
Mortem fugit mortalitas.

Hic viva lingua Mártyris,
Sed muta voce sânguinis
Clamans, ut Abel, improbat,

Regique crimen exprobrat.

Unius o da Trinitas,
Triumque simplex Unitas,

Ut qui Joānni supplicant,
Id impetrent, quod flagitant.
Amen.

V. Pōsui ori meo custodiam. **R.** Cum consisteret peccator adversum me.

Ad Bened. Añæ. Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum : qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

Oratio.

DEus, qui ob invictum beati Joānnis sacramentale silēntium nova Ecclesiam tuam martyrii corōna decorasti : da, ut ejus exēmplo et intercessiōne, ori nostro custō-

diam ponentes, beatis, qui lingua non sunt lapsi, annumeremur. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Capitul. Lábia. ut supra in Laud. [393]

R. br. Sacraméntum regis, * Abscôndere bonum est. Sacraméntum. **V.** Opera autem Dei reveláre honoríficum. Abscôndere. **Gloria.** Sacraméntum.

V. Pone Dómine custódiam ori meo. **R.** Et óstium circumstántiæ lábiis meis.

AD SEXTAM.

Capitulum. Eccli. xxviiij.

SEpi aures tuas spinis, linguam nequam noli audire, et ori tuo fácito óstia, et seras.

R. br. Pone Dómine, * Custódiam ori meo. Pone. **V.** Et óstium circumstántiæ lábiis meis. Custódiam. **Gloria.** Pone.

V. Dixi: Custódiam vias meas. **R.** Ut non delinquam in lingua mea.

AD NONAM.

Capitulum. Eccli. xxviiij. d

Aurum tuum et argéntum tuum conflagra, et verbis tuis fácito statéram; et frenos ori tuo rectos; et atténde ne forte labáris in lingua.

R. br. Dixi; * Custódiam vias meas. Dixi. **V.** Ut non delinquam in lingua mea. Custódiam. **Gloria.** Patri. Dixi.

V. Pósuí ori meo custódiam. **R.** Cum consisteret peccátor advérsum me.

IN II. VESPERIS.

Añæ et Capitulum ut in Laudibus. [393]

Psalmi de Dominica, 141. et loco ult. Ps. Crédidi. 146.

Hymnus.

JAM faces lictor ferat, et minántem Jam ferox ensem, rabi-dúmque tortis

Vínculis ferrum, sacra ni sacerdos

Abdita pandat.

Séntiet vires, animæque magnæ

Pródigum pectus: violén-tus ira

Non quatit recti sólida te-nácem

Mente satélles.

En ruit præceps tumulá-tus unda

Martyr, et fluctu plácido siléntem

Náufragus linguam me-lióris ævi

Servat in usum.

At superjéctæ fácoli na-tántes

Amnediscúrrunt, rutilánt-que circa

Mártirem flammæ: bene gesta plaudens

Ornat Olympus.

Ornat et linguam, rósei instar ignis,

Vívidam servans, et ad-huc rubéntem,

Indicat, quænam fúerit tacéntis

Grátia linguæ.

Sit decus Patri, genitæque Proli,

Spirítum laudent, ab utrô-que puris

Qui calet flammis, sine fine psallens

Orbis utérque.

Amen.

V. Pósuí ori meo custódiam. **R.** Cum consisteret peccátor advérsum me.

Ad Magnif. Añæ. In conspéctu poténtium admirábilis ero, et fácies príncipum mirabúntur me: tacéntem me sustinébunt, et loquéntem me respiciént.

DIE XXI. MAII.

S. Felicis a Cantalicio Confessoris. Semiduplex.

Omnia de Comm. Conf. non Pont. [97] præter sequentia. (m. t. v.)

Oratio.

FAC nos, Dómine Jesu, in simplicitate et innocéntia cordis nostri am-

buláre, quarum amore de sinu Matris inter beáti Felicis Confessoris tui bráchia descendisti. Qui vivis.

In. j. Nocturno, Lectio-nes de Scriptura occurréte.

In II. Nocturno.

Lectio. I.



Elix a Cantalicio in Sabinis, humílibus

sed piis paréntibus natus, a púero pascéndis

grégibus, mox et agro coléndo addictus, multo im-

pénsius rerum celéstium meditatóne ánimum nu-

tríre, et corpus assiduis ví-

gíliis, ac jejúniis domáre cœpit, eremíticam agens

vitam pótius, quam rústi-

cam. Ferventióre autem in Deum pietáte incénsus,

cum non posset quotidie, ut optábat, sacris mysté-

riis interésse, grege ad loca solitária compúlso,

ipse anté crucem árborum cortícibus incísam diu

oráre, seque ácritér fla-

gelláre consuéverat; sed et aliquándo glebas in

agro vértete, simúlque Sacris in templo adesse

visus est. Alias inter arándum furéntibus, quos júnxerat, indómítis juvén-

cis, humí stratus, et ará-